minata triplicata vadia ad bona citati non transmittendum, sed simpliciter facta remissione ad officium subcunctis iurisdictione bona citati consistit ad exequutionem illius decreti et decretorum procedi, ulteriorumque processum facere tenebitur, vel si coram eodem officio ad quod exequutio illius decreti spectaret et referri debeat, actum fuerit. Extunc illud officium vigore instrumentorum praedictorum per collationem per lege privata sibi constituta solum decretum exequi, et ad exequutionem deduci, sed omissis omnibus amplioribus iuridicis gradibus non praemisso procedere tenebitur. Quae interpositio vadiorum triplicatorum etiam si in alio districtu facta fuerit perinde robur habere et valida debet esse tanquam omnis ac integri iuris gradus et processus in foro proprio perducti et expleti fuerint. Nec poterit ipse citatus ignorantia eorundem triplicator vadiorum sic impositorum allegare, nec quicquam in auxilium recipere, immo illud officium recentis citatae partis universis allegationibus etiam iuridicis, accepta solum Ministerialis terrae et Nobilium relatione de non admissa intromissione Actori et inventori in bona iure lucrata expedire eadem tricata vadia super ipso citato decretum, et ultimum iuris processum supra nominatum usque ad ultimum iuris gradum vigore eius instrumentorum procedere tenebitur, et omnimodam facultatem habebit, ut nihilominus succubito solutoque vadio et vadiis praenominatis respective atque pro eis satisfactione facta utique omnia et singula praemissa in praedicto instrumento expressa tam in toto quam in parte praefatus Nicolaus Tharlo recognoscens complere et exequi debet et eius successores tenebuntur, sub aliis specialibus vadiis supra scriptis super ipso Nicolao et eius posteris, omnibusque bonis ipsius non supra expresso totiens quotiens praefatus Petro Szczeniawa et eius successoribus opus fuerit repetere. Nulla praescriptione aut temporis diuturnitate praefatis conditionibus obstante. Adque omnia et singula praemissa praestant, praefatus Nicolaus Tharlo cum suis posteris et cum omnibus bonis suis ultroneae et libere se submisit, et in se successoresque suos a omnia bona sua terrestria et obligatoria mobilia et immobilia ubicunque in Regno Poloniae habebit et habere omne onus supra expressum sponte assumit. A quo onere non erit necesse bona posterique omnes qui in bona praedicti instrumenti onerata, succedent liberi et absoluti, donec instrumentum praedicti in toto et in minima parte satisfactum erit, et hoc a iure communi Regni, statutisque et constitutionibus eiusdem recedendum, iusque privatum in se successores ac bona sua omnia supra scriptis assumendum, quos memoriali firmatis est.

Borislawski ltr Tustanow

Comparens personaliter coram officio articulique praedictis Capitanealibus Castrensibus Premislien. Nobilis Dmitr Borislawski. Recedendum a iure foro iurisdictionis suis propriis quibusvis, et se praedicti iurisdictioni Castrensi Premislien. una cum successoribus bonisque suis in toto quo ad effectum praemissorum infrascriptorum attinet, subiicien et incorporandum, sanus mente et corpore existens, palam publicaque recognovit omnia Nobili Misko Tustanowski et successoribus eius sex florenorum pecuniae monetae Poloniae quemlibet triginta grossis computandum certi veri, ac liquidi debiti, mutuatae pecuniae tenetur estque debitus praedictis se successores ac bona sua obligat et inscribit pro die et festo Sancti Michaelis Archangeli proxime et immediate venturo dare, solvere, reponere, relinquere hic in Castro Premislien. Inceriterum ab eodem officio exsidendum, sub vadio simili sex florenorum pecuniae monetae Poloniae in casu non solutionis pro die et tempore solutioni assignato ad solvendum iterum ibidem et de facto eidem Tustanowski et eius successoribus succubendum. Pro quaquidem summa cum vadio simul iuncta praefatus recognoscens cum suis successoribus per eundem Tustanowski vel eius successores citatus, extunc omisso suo quovis proprio foro et iurisdictione competentem, coram Castrensi Premislien. officio cui se actus praedictis respectu cum omnibus bonis et successoribus suis subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere rudere ac pro praefatis summa sex florenorum

pecuniae, et vadio omnibus exceptionibus controversiis, evasionibus praescriptionibus suspensionibus, motionibus appellationibus earumque per additiones prosequutionibus Actionibus pro minori vel simplici infirmitatibus, bello expeditione bellica incursu hostium, aura pestifera conventioni generali et particulari statutis et constitutionibus novis vel antiquis laudatis et laudandis, Papae trium Marcarum et triplici poena vadium non evadendum. Quae omnibus quotquot dictionibus sunt renuncians satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Zeliborski arendat Tarlo

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis Capitanealibus Castrensibus Premislien. Generosus Hryzko Zeliborski. A terris Pallatinatibus, iuribusque quibusvis propriis recedendum, et huic se praedicti iuri et iurisdictioni Castrensi Premislien. in toto quo ad actum effectumque infrascriptorum attinet incorporandum et inviscerandum, sanus mente et corpore existens palam publice per expressumque recognovit, quia bona tenutae suae vigore villas Stawa Suszycza et Bonkowicza, quae habet a Generoso Nicolao Tharlo de Szelkarzowicze vexillifero terrae Premislien. in summa duorum millium et centum florenorum pecuniae actis terrestribus Premislien. inscriptis et in possessionem traditis cum omni iure domino proprietate ac cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus ita prout eadem bona solus vigore iuris sui obligatorii tenuit habuit et possidebat, eidem Generoso Nicolao Tharlo vexillifero terrae Premislien. et eius successoribus huic ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum pro summa certa pecuniae iam ab ipso recepta de qua praedictis eundem quietat et liberum facit, arendavit et modo arendae inscripsit Dominum et admittendum eidem iam exnunc in bona praefata arendata realem intentionem cum actuali pacificaque possessione per Ministerialem terrestrem quemcunque sibi elegerit possessionem iam exnunc additum. Et hic idem praefatus Generosus Nicolaus Tharlo vexillifer terrae Premislien. coram officio et actis praedictis personaliter stans. A terris Pallatinatibus, iuribus districtibus suis quibusvis propriis recedendum, et huic iuri iurisdictioni praedicti Castrensi Premislien. se cum successoribus suis incorporandum et inviscerandum publice recognovit, quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi modo arendae ad decursum supra tempus tenebit habebit et possidebit. Post expirationem vero arendae praefatis bona eadem libere dimittet et successores eius dimittent. Inque praefatus Hryzko Zeliborski vel eius successores tanquam in sua propria inequitabit. Nullam per hoc violentiam faciet nec successores facient. Cui inequitationi praefatus Tharlo cum suis successoribus contradicere non debebit, sub vadio in originali inscriptione expresso et contento.

Orzechowski ltr Zagorzski

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis Castrensibus Premislien. Generosus Valentinus Orzechowski de Orzechowce Iudex terrae Premislien. A terris Pallatinatibus districtibus ac iuribus suis quibusvis propriis foroque competentibus recedendum. Huic vero praedicti Castrensi Premislien. iurisdictioni una cum successoribus bonisque suis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus, in quibuscunque Pallatinatibus, terris, districtibus Regni Poloniae habitis et habendis in toto quo ad actum effectumque praedictis instrumentorum incorporandum, inviscerandum, et subiicien, mente et corpore sanus existens publice libere, palam et expressum recognovit, quia Nobili Francisco Zagorzski et eius successoribus summam quingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri Poloniae certi veri, mutui liquidi atque essentialis debiti mutuatae pecuniae tenetur et est debitus praedictis obligatur, quamquidem summam quingentorum florenorum pecuniae idem Valentinus Orzechowski se et successores suos in omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per ipsum ubicumque et modo quocumque in Regno Poloniae. Dominiisque eidem adiacentibus habitis et habendis, onerat, obligat et inscribit, eidem Zagorzski successoribusque eius pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum, in Castro praedicti circa officium et acta praedicta totaliter et plenarie realiter et cum effectu dare persolvere, relinquere et reponere, repositamque ab officio praedicti non exsidendum. Casu vero si et in quantum praefatus Valentinus Orzechowski successoresque eius summam praefatam quingentorum florenorum pecuniae eidem Zagorzski posterisque eius pro die et tempore supra dicto non dederit nec solverit, neve reposuerit, repositamque ab officio praedicti exsidendum serit, extunc se et suos successores uti praemissum est in et super universis omnibusque bonis suis hereditariis